



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. XIV. De Visitatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

cialem; nisi causa sit adeò urgens, ut ipse, & major pars Consultorum ipsius existimet esse mittendum: 0

6. At cum Nostris peregre profecturis observet quæ præscribuntur Reg. 114. 115. 116. 117. & ne detur ansa proprietati particularium, curet alicubi servari communia instrumenta itinerum. p

o R. 113. & For. Con. Prov. §. 13.

Quid cum peregrinit.

p In. 14. §. 12.

S E C T I O XIV.

De Visitatione.

1. **P**repositi Provincialis valde proprium officium est visitare Provinciam suam; quod præstabit singulis annis. Ibi verò diutiùs immorabitur, ubi magis erit opus; præsertim in loco, ad communicationem cum inferioribus, & Generali Præposito, magis commodo. q

Visitatio frequens.

q P. 8. c. 1. I. & C. 1. D. 111. & R. Prov. 118.

2. Si quando, ob causas graviores, visitare omnia loca suæ Provinciæ ipse non possit, re cum suis Consultoribus collata, ad ea, quæ non potest, sibi alium substituat. Quamvis omninò curandum sit, ut Domus Probationis, & Scholasticorum Seminaria peculiari Cura, & per se visitet. r

Quando delegari possit.

r R. 119.

3. Ordo verò servandus in Visitatione traditur accuratissimè Cap. 14. Reg. Provin.

Quid in ea præstandum.

vincialis, additurque sigillatim Cap. 18. Elenchus eorum, de quibus, tum Superiores, tum reliqui omnes interrogandi sunt. Præterea vel addita, vel explicata quæpiam sunt alibi: qualia, ut futuri Superiores erudiantur, periculumque de iis fiat, quàm benè calleant, quæcunque ad nostrum Institutum pertinent: sicut ut moneatur P. Generalis de iis puniendis, amovendisque, qui deprehensi fuerint negotiis secularibus, etiam cognatorum, sese immiscuisse: & an Collationes casuum conscientiarum peragantur, juxta Regulas, & Decreta. Executionem rerum præscriptarum urgeat, juxta ea, quæ Sectione ultima hujus Partis referuntur; pluribusque locis statuta sunt. *

5 Or. c. 1. §. 20.
& Cl. c. 1.

2 C. 8. D. 56.
C. 13. D. 17.

* C. 6. D. 37. &
C. 9. D. 26. &
In. 18. & Cl. c.
1. init. & c. 2.

SECTIO XV.

De Visitandis Provincialibus.

Visitandi Provinciales.

7 C. 5. D. 33.

I. Licet non placuisset novum aliquod statutum condere super ratione reddenda officii sui à Provincialibus officio defunctis; 7 tamen jussu Clementis VIII. constitutum est; ut Provinciales visitentur, sive per Visitatorem, sive per Provinciale Successorem; & de suo Officio rationem redd-